

# Monday 12 June 2023 – Afternoon

## A Level Latin

H443/03 Prose Literature

**Time allowed: 2 hours**

**You must have:**

- the OCR 12-page Answer Booklet

**Do not use:**

- a dictionary

**INSTRUCTIONS**

- Use black ink.
- Write your answer to each question in the Answer Booklet. The question numbers must be clearly shown.
- Fill in the boxes on the front of the Answer Booklet.
- Answer **one** question in Section A, **one** question in Section B and **one** question in Section C.

**INFORMATION**

- The total mark for this paper is **75**.
- The marks for each question are shown in brackets [ ].
- Quality of extended response will be assessed in questions marked with an asterisk (\*).
- This document has **8** pages.

**ADVICE**

- Read each question carefully before you start your answer.

## Section A

Answer **one** question from this section.

- 1** Read the following passage and answer the questions.

petit Oppianicus, ut sibi Sassia nubat, et id magno opere contendit. illa autem non admiratur audaciam, non impudentiam aspernatur, non denique illam Oppianici domum, viri sui sanguine redundantem, reformidat: sed quod haberet tres ille filios, idcirco se ab his nuptiis abhorrere respondit.

Oppianicus, qui pecuniam Sassiae concupivisset, domo sibi quaerendum remedium existimavit ad eam moram, quae nuptiis afferebatur. nam cum haberet ex Novia infantem filium, alter autem eius filius, Papia natus, Teani Apuli, quod abest a Larino XVIII milia passuum, apud matrem educaretur, arcessit subito sine causa puerum Teano: quod facere, nisi ludis publicis, aut festis diebus, antea non solebat. mater nihil mali misera suspicans mittit.

ille se Tarentum proficisci cum simulasset, eo ipso die puer, cum hora undecima in publico valens visus esset, ante noctem mortuus, et postridie, antequam luceret, combustus est. atque hunc tantum maerorem matri prius hominum rumor quam quisquam ex Oppianici familia nuntiavit. illa, cum uno tempore audisset, sibi non solum filium sed etiam exsequiarum munus ereptum, Larinum confestim exanimata venit, et ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur. itaque nubit Oppianico continuo Sassia, laetanti iam animo et spe optima confirmato. nec mirum, quae se non nuptialibus donis, sed filiorum funeribus delenitam videret. ita quod ceteri propter liberos pecuniae cupidiores solent esse, ille propter pecuniam liberos amittere iucundius esse duxit.

Cicero, *Pro Cquentio, Murder at Larinum* 5

- (a)** *illa ... respondit* (lines 1–4): what was surprising about Sassia's reaction to Oppianicus' proposal of marriage? [4]

- (b)** Translate *Oppianicus, qui pecuniam ... puerum Teano* (lines 5–9). [5]

- (c)** *quod facere ... mittit* (lines 9–10): what does Cicero find strange about the response of the boy's mother? [3]

- (d)\*** *ille ... duxit* (lines 11–22): how does Cicero make this a vivid narrative?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

- 2 Read the following passage and answer the questions.

ceterum Tiberius per omnes valetudinis eius dies, nullo metu an ut  
firmitudinem animi ostentaret, etiam defuncto necdum sepulto, curiam  
ingressus est; consulesque sede vulgari per speciem maestitiae sedentes  
honoris locique admonuit et effusum in lacrimas senatum victo gemitu, simul  
oratione continua erexit: non quidem sibi ignarum posse argui quod tam 5  
recenti dolore subierit oculos senatus; vix propinquorum adloquia tolerari, vix  
diem aspici a plerisque lugentium. neque illos imbecillitatis damnandos; se  
tamen fortiora solacia e complexu rei publicae petivisse. miseratusque  
Augustae extremam senectam, rudem adhuc nepotum et vergentem  
aetatem suam, ut Germanici liberi, unica praesentium malorum levamenta, 10  
inducerentur petivit. egressi consules firmatos adloquio adulescentulos  
deductosque ante Caesarem statuunt. quibus adprensis ‘patres conscripti,  
hos’ inquit ‘orbatos parente tradidi patruo ipsorum precatusque sum,  
quamquam esset illi propria suboles, ne secus quam suum sanguinem  
foveret, attolleret, sibique et posteris confirmaret. erepto Druso preces ad  
vos converto disque et patria coram obtestor: Augusti pronepotes, clarissimis 15  
maioribus genitos, suscipe, regite, vestram meamque vicem explete. hi  
vobis, Nero et Druse, parentum loco: ita nati estis ut bona malaque vestra ad  
rem publicam pertineant’.

magno ea fletu et mox precationibus faustis audita. ac si modum orationi 20  
posuisset, misericordia sui gloriaque animos audientium impleverat; ad vana  
et totiens inrisa revolutus, de reddenda re publica utque consules seu quis  
alius regimen susciperent, vero quoque et honesto fidem dempsit.

Tacitus, *Annals* IV.8–9

- (a) Translate *ceterum Tiberius ... erexit* (lines 1–5). [5]

- (b) *non quidem ... petivisse* (lines 5–8): in what ways was Tiberius’ attitude different from that of other people? [4]

- (c)\* *miseratusque ... pertineant* (lines 8–19): what makes this an emotional passage?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage. [15]

- (d) In lines 20–23 (*magno ... dempsit*), how does Tacitus undermine the effect of Tiberius’ speech? [3]

## Section B

Answer **one** question from this section.

- 3** Read the following passages and answer the questions.

cum iam tortor atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet, quidam ex advocatis, homo et honoribus populi ornatus et summa virtute praeditus, intellegere se dixit, non id agi, ut verum inveniretur, sed ut aliquid falsi dicere cogerentur. hoc postquam ceteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quaesitum. redditur  
 Oppianico Nicostratus: Larinum ipsa proficiscitur cum suis, maerens, quod iam certe incolumem filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen sed ne dicta quidem suspicio perveniret: et cui non modo aperta inimicorum oppugnatio sed ne occultae quidem matris insidia nocere potuissent.

5

Cicero, *Pro Cluentio, Murder at Larinum* 31

- (a) *tortor atque ... tormenta* (line 1): what were these intended to find out? [1]
- (b) *illa* (line 1): who does this refer to? [1]
- (c) *quidam ... quaesitum* (lines 2–5):
  - (i) what objection was raised by one of the witnesses? [2]
  - (ii) why was his opinion likely to be influential? [2]
  - (iii) what was the result of his intervention? [2]
- (d) Translate *redditur ... potuissent* (lines 5–9). [5]

quid ais, Tite Acci? tu periculum capit is, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in iudicium afferes; neque earum auctorem litterarum, neque obsignatorem, neque testem ullum nominabis? et, quam tu pestem innocentissimo filio ex matris sinu deprompseris, hanc hi tales viri comprobabunt? esto: in tabellis nihil est auctoratis.

5

quid istis hominibus factum est, Stratone et Nicostrato? quaero abs te, Oppianice, servo tuo Nicostrato quid factum esse dicas: quem tu, cum hunc brevi tempore accusatus es, Romam deducere, dare potestatem indicandi, incolumem denique servare quaestioni, servare his iudicibus, servare huic temporis debuisti. nam Stratonem quidem, iudices, in crucem esse actum exsecta scitote lingua: quod nemo est Larinatum qui nesciat. timuit mulier amens non suam conscientiam, non odium municipum, non famam omnium; sed, quasi non omnes eius sceleris testes essent futuri, sic metuit, ne condemnaretur extrema servuli voce morientis.

10

Cicero, *Pro Cluentio, Murder at Larinum* 35

(e)\* How does Cicero make this passage a powerful attack on his opponents?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

- 4 Read the following passages and answer the questions.

profectio arto comitatu fuit: unus senator consulatu functus, Cocceius Nerva,  
 cui legum peritia; eques Romanus praeter Seianum ex inlustribus Curtius  
 Atticus; ceteri liberalibus studiis praediti, ferme Graeci, quorum sermonibus  
 levaretur. ferebant periti caelestium iis motibus siderum excessisse Roma  
 Tiberium ut reditus illi negaretur; unde exitii causa multis fuit, properum finem  
 vitae coniectantibus vulgantibusque: neque enim tam incredibilem casum  
 providebant ut undecim per annos libens patria careret. mox patuit breve  
 confinium artis et falsi, veraque quam obscuris tegerentur. nam in urbem non  
 regressurum haud forte dictum: ceterorum nescii egere, cum propinquo rure  
 aut litore et saepe moenia urbis adsidens extremam senectam compleverit.

5

10

Tacitus, *Annals* IV.58

- (a) Translate *profectio ... negaretur* (lines 1–5). [5]
- (b) *unde ... careret* (lines 5–7): what confusion was caused by the astrologers' prediction? [3]
- (c) In lines 7–10 (*mox ... compleverit*), how does Tacitus explain his views about the astrologers? [5]

adsimulabatque iudicis partes adversum Germanici stirpem, subditis qui  
 accusatorum nomina sustinerent maximeque insectarentur Neronem,  
 proximum successioni et, quamquam modesta iuventa, plerumque tamen  
 quid in praesentiarum conduceret oblitum, dum a libertis et clientibus,  
 apiscendae potentiae properis, extimulatur ut erectum et fidentem animi  
 ostenderet: velle id populum Romanum, cupere exercitus, neque ausurum  
 contra Seianum, qui nunc patientiam senis et segnitiam iuvenis iuxta insultet.

5

haec atque talia audienti nihil quidem pravae cogitationis, sed interdum  
 voces procedebant contumaces et inconsultae, quas adpositi custodes  
 exceptas auctasque cum deferrent neque Neroni defendere daretur,  
 diversae insuper sollicitudinum formae oriebantur. nam alias occursum eius  
 vitare, quidam salutatione redditia statim averti, plerique incepit sermonem  
 abrumpere, insistentibus contra irridentibusque qui Seiano fautores aderant.

10

Tacitus, *Annals* IV.59–60

- (d)\* How does Tacitus engage the interest of the reader in this passage?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage.

[15]

- 5 Read the following passage and answer the questions.

eaque ipsa causa belli fuit, quod rex Romanus cum ipse ditari, exhaustus magnificentia publicorum operum, tum praeda delenire popularium animos studebat, praeter aliam superbiam regno infestos etiam, quod se in fabrorum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege indignabantur.

temptata res est, si primo impetu capi Ardea posset. ubi id parum processit, 5  
obsidione munitionibusque coepti premi hostes. in his stativis, ut fit longo  
magis quam acri bello, satis liberi commeatus erant, primoribus tamen magis  
quam militibus; regii quidem iuvenes interdum otium conviviis  
comisationibusque inter se terebant. forte potentibus his apud Sex.

Tarquinium, ubi et Collatinus cenabat Tarquinius, Egerii filius, incidit de 10  
uxoribus mentio; suam quisque laudare miris modis. inde certamine accenso  
Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri,  
quantum ceteris praestet Lucretia sua. ‘quin, si vigor iuventae inest,  
conscendimus equos invisimusque praesentes nostrarum ingenia? id cuique  
spectatissimum sit, quod necopinato viri adventu occurrit oculis.’ 15  
incaluerant vino; ‘age sane!’ omnes; citatis equis avolant Romam.

quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt inde  
Collatiam, ubi Lucretiam haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio  
luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam  
lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inveniunt. 20  
muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. adveniens vir Tarquiniique  
excepti benigne; victor maritus comiter invitat regios iuvenes. ibi Sex.  
Tarquinium mala libido Lucretiae per vim stuprandae capit; cum forma tum  
spectata castitas incitat.

Livy, *History of Rome* I.57

- (a) *eaque ... studebat* (lines 1–3): what motives did Tarquin have for starting the war against Ardea? [3]

- (b) *praeter ... indignabantur* (lines 3–4): what does this tell us about the attitudes of the people? [2]

- (c) Translate *temptata ... militibus* (lines 5–8). [5]

- (d)\* *forte ... Lucretiam fuit* (lines 9–21): how does Livy make this a dramatic passage?

You should refer **both** to the content **and** to the language of the passage. [15]

- (e) *adveniens ... incitat* (lines 21–24): what do these lines say that makes the behaviour of Sextus Tarquinius shocking? [3]

## Section C

Answer **one** question from this section.

You **must** use material from parts of the text that you have studied in English where relevant, as well as parts you have read in Latin.

- 6\*** How fair is it to criticise Cicero, in *Pro Cluentio, Murder at Larinum*, for spending more time attacking Sassia than defending Cluentius? **[20]**
- 7\*** ‘Selfish ambition controlled everyone – no one cared for the good of the state.’  
To what extent do you agree with this judgement on Tacitus’ *Annals* IV? **[20]**
- 8\*** ‘Freedom and honour were crushed by tyrannical might.’  
How far is this true of the events described by Livy in *History of Rome* I? **[20]**

**END OF QUESTION PAPER**



Oxford Cambridge and RSA

### Copyright Information

OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download from our public website ([www.ocr.org.uk](http://www.ocr.org.uk)) after the live examination series. If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.

For queries or further information please contact The OCR Copyright Team, The Triangle Building, Shaftesbury Road, Cambridge CB2 8EA.

OCR is part of Cambridge University Press & Assessment, which is itself a department of the University of Cambridge.